



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

19. An in favorem Principis præsumentum sit in dubio positivo? Habet v.
g. subditus rationes probabiles, ut aliquod tributum sit iniustum, adsint
vero pro Principe & justitia vectigales aliæ rationes ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

probabilem opinionem esse iustum possessorem non absolute, sed solum probabiliter, aduersus quem sibi dari possit iustus probabiliter spoliator. Nec implicat esse simul aliquem iustum, & iniustum possessorem, aut spoliatorem probabiliter, id est secundum assensum opinatiuos oppositos, vt latius ostendit Ioan. Sanchez *disf. 44. n. 60.* Ad confirmationem negamus, bellum esse semper actum iustitiae punitivae, seu vindictivae: quippe non nunquam etiam est actus iustitiae commutativae rem propriam acquirantis,

RESOL. XIX.

An in favorem Principis praesumendum sit in dubio positio? Habet, v. g. subditi rationes probabiles, vt aliquod tributum sit iniustum; aduersus vero pro Principe, & iustitiae veltigialis aliae rationes probabiles, quae videntur, an teneatur solvere tributum? Ex part. 2. tit. 17. & Misc. 3. Ref. 39.

§. 1. Varrez de legib. lib. 5. cap. 18. num. 20. Valquez *Sopusc. de rest. cap. 6. §. 3. dub. 5. num. 78.* Turrian. *in 2. 1. 10. 2. disp. 46. dub. 6. n. 5.* & alij affirmatiue respondent, iuxta illud dictum commune, in dubio praesumendum pro sententia superioris. Caeteras rationes, quae quidem efficiunt hanc sententiam probabiliorum, quam oppositam, vide apud auctores citatos.

2. Sed contrariam opinionem probabilem, & in praxi tutam, docent viri docti, non minoris literaturae, quam aduersarij: hi sunt ex Societate Iesu Leonardus Lessius de *inst. lib. 2. c. 33. dub. 9. n. 67.* Valer. Reginald. *in praxi. tom. 1. lib. 10. c. 25. sect. 1. n. 374.* ex nostra Religione P. Megala *in p. 1. lib. 2. c. 17. quest. 8. n. 132.* & Nauar. de *rest. lib. 3. c. 1. p. 3. dub. 13. n. 267.* Salon. de *inst. tom. 1. q. 5. art. 4. controu. 2. ante primam concl. ver. obseruemus secundo*, Barthol. a S. Fausto in *speculo Confess. disp. 33. q. 27. num. 3.* Sanchez in *summ. 10. 2. lib. 6. c. 3. n. 7.* & nouissime Malder. *in 2. 2. trakt. 3. c. 6. dub. 4. §. dico sexto*, vbi asserit. Si vtrumque probabile sit, tributi causam esse iustam, & non esse iustam, exigit Princeps iuste, & negat populus iuste; & ratio huius sententiae prima est, quia possunt se conformare opinioni probabili. Secunda, quia in tali casu melior est conditio possidentis. Tertia, quia in tali casu datur bellum ex vtraque parte iustum; nam ignorantia facit, vt vterque, propter rationes speciem veritatis habentes, bona fide iustitiam a se stare putet.

3. Ad argumentum in contrarium responderet, illud dictum intelligendum esse in dubio negatiuo, non autem in dubio positiuo; vel in casu, in quo non agitur de interesse, seu damno inferioris, Circa praesentem quaestionem vide etiam Azor. *p. 3. lib. 5. c. 22. q. 7.*

RESOL. XX.

An index possit iudicare secundum opinionem probabilem, communi & probabiliori relicta, & etiam contra propriam opinionem, dummodo probabilis sit circa ius, non vero circa factum?

Et cessante scandalo, an possit nunc circa vnam nunc secundum aliam iudicare?

Et si adest scandalum, quamuis peccaret, non teneatur ad restitutionem?

Et hic etiam inferitur decisio multorum casuum, qui in §. vlt. huius Res. explanantur, in quibus index potest iudicare secundum quam maluerit sententiam & opinionem.

Et tandem aduertitur Indices ob id non subitici Syndicatorum, quod iuxta opinionem probabilem ferant sententiam, probabiliori relicta, & communi. Ex p. 2. tit. 13. Ref. 3.

Tom. V. 11.

§. 1. Negatiuam sententiam docet Laymā in *Theol. Sup. hoc in Ref. seq. & cum pluribus DD. in ref. 1. post seq. 2. §. Sed hic, & seqq. & infra in Ref. 25. §. Sed quia, ad medium, a vers. Vnde, & in tom. 7. tra. 6. Ref. 16. paulo post initium & in tom. 9. tit. 2. Ref. 37. cum sim in §. vlt.* *mor. lib. 1. tr. 1. c. 5. §. 3. num. 16.* Sanchez in *sum. tom. 1. lib. 1. c. 10. num. 47. cum 7.* De doctoribus quos ipse citat: quibus ego addo Villalob. *in sum. 10. 1. tr. 1. diff. 15. n. 6.* Malder *in 1. 2. D. Thom. 9. 1. 9. 5. diff. 86. circa fin. Filluc. 10. 1. tr. 2. 1. 4. n. 144.* Becan. *in sum. 10. 2. trakt. 1. c. 4. q. 9. n. 12.* Tanner. *in 2. 2. D. Thom. disp. 4. q. 4. dub. 6. n. 128.* Portel. *in addit. ad Dub. Regul. ver. opinio eligenda, 7. 12.* Azorium, & alios.

2. Sed contrariam sententiam probabilem etiam se puto, quam teneatur praeter 6. Doctores, quos citat Sanchez *n. 46.* hi omnes a me diligenter conuulsi, Hieronym. de Rota in *controuers. tom. 2. controu. 6. §. h. b. lastica*, Martinez *in p. 2. tom. 1. q. 29. art. 6. dub. 6. concl. 2.* Lorca *ibid. n. disp. 39. memb. 2.* Aluarez *ibid. disp. 80. n. 12.* Morla *in emp. in ius, p. 1. tit. 2. q. 2.* Martinus Delrius in *disquis. Magicis lib. 5. q. 1. §. quotiescumque*, vbi asserit esse communem sententiam Caluistarum, Sancius in *practis disputationib. disp. 44. n. 50.* Triugno in *examinatorum, fol. 2.* & probabilem vocat hanc opinionem Sanchez *vbi sup.* & Martinus Bonacina de *legib. disp. 2. 4. punct. 9. n. 13.*

3. Dico igitur iudicem in sententiis ferendis, posse sequi opinionem probabilem, relicta probabiliori, etiam contra propriam opinionem, dummodo probabilitas sit circa ius, non vero circa factum; quia circa factum tenetur sequi quod probabilis est. Et hoc verum arbitror contra Valquez *in p. 2. tom. 1. diff. 64. n. 5.* etiam in iudice supremo, sed si iudex sit arbiter, & a colligantibus eligatur sub conditione, quod iuxta suum iudicium debeat iudicare, & non iuxta aliorum, non poterit alienam opinionem sequi, vt notat Montefinus *in p. 2. tom. 1. disp. 29. q. 5. n. 213.* secus autem si probabiliter duas opiniones sustineat, nam iuxta quamlibet poterit iudicare, cum liberum ei sit praefere iudicium proprium in ferenda sententia.

4. Hinc etiam a fortiori inferitur contra Bannez *in 2. 2. q. 63. art. 4. dub. 1. ad 2.* integrum esse iudici, ex quibus opinionibus probabilibus, quam maluerit eligere, & secundum eam iudicare pro amico: imò cessante scandalo, nunc secundum vnam, nunc secundum aliam quod ego sentio, vt dictum est, etiam si contraria sententia esset probabilior: & si adesset scandalum, peccaret equidem, sed non teneatur ad restitutionem. Ita Ioan. Valerius in *differentiis vtriusque fori ver. opinio, differ. 3. n. 1.* & alij penes ipsum.

5. Ex his inferitur etiam decisio multorum casuum, quos asserit Sancius *vbi sup.* videlicet. Primo, an vnicus testis omni exceptione maior constituat semiplenam probationem in causis criminalibus. Secundo, an in causa capitali possit index interrogare reum ex praescepto, illum obligando ad responsum veritatis, quando solum delictum est semiprobatum. Tertio, an iudex, vel ipse Minister possit incarceratione delinquentem in alieno territorio inuentum. Quarto, an fructus industriales, bona fide consumptos, possessor bonae fidei teneatur restituere. Quinto, an filij reorum maiestatis diuinae vel humanae geniti ante parentum crimen, afficiantur poenis iure statutis in eorum filios. Sexto, an filij expositi ad Ecclesiae lapidem, reputentur legitimi. Septimo, an Iurispatronatus possit praescriptione acquiri. Octauo, an pater astrictus sit filiam naturalem dotare. Nono, an tempore pestis possit fieri testamentum, cum minori testium numero. Decimo, an collatio beneficij facta infami, sit ipso iure nulla. In his, & similibus casibus potest iudicare index secundum quam maluerit sententiam, vel negatiuam, vel affirmatiuam. Et animaduertendum est, iudices non ob id subitici Syndicatorum, quod iuxta opinionem probabilem ferant sententiam, probabiliori relicta, & communi, contra Doctores quos citat, & sequitur Io. Valerius *vbi sup. in differentiis vtriusque fori, ver. opinio, differ. 1. n. 1.* per totam.

B Et